

à patre primùm acquirente, non privaretur feudo isto novo non hæreditario, saltem ex dispositione d. cap. 1. de quo Molin. ubi proximè, Valasc. quæst. 45. Clar. dict. 2. Feudum, quæst. 74. Ratio horum manifesta est cùm dict. cap. 1. de repudiatione loquatur, quæ locum habere nequit, nisi in eo, qui si velit, acquirere valet ex testamento, vel ab intestato hæreditatem, l. nolle 4. l. is potest 18. ff. de acquirend. hæredit. Quod adeo verum existimo, ut quamvis filius à paterna hæreditate ex facto patris remotus eam repudiet, feudum ex providentia & pacto avitum posset capere, quoniam talis repudatio nullius momenti est; l. is qui hæres 13. ff. eod. & quod de jure non sortitur effectum, nullum præstat impedimentum, c. non præstat 52. de reg. iur. in 6. Nec imputandum est filio ex hæreditate, aut non instituto, cur adversus patris testamentum non venerit, propter quod portis laude, quæ pœna dignus est: quæ facilius procedunt, si filius non mala mente ex hæreditate, juxta l. multi non nota 18. ff. de lib. & postib. nam non nocebit quoad emphyteusim, vel feudum ex pacto & providentia, quamvis ex hæreditate fiat à primo acquirente, qui posset liberis præjudicare, argument. l. si patronus testamenti 12. §. Si quis non male, l. Paulus 47. ff. de bon. libertor.

Vers. Tertiò deducitur.

71 Ad feudum concessum alicui, ejusque hæredibus, nullus admittit potest, qui hæres non sit; est etenim simpliciter hæreditarium, ut probavimus sup. n. 53. Quicquid teneant aliqui laudati à Valasc. quæst. 44. num. 1. & à Cald. quæst. 22. num. 28. quibus placet esse ex pacto & providentia. Sed adhuc admissio, quod sit hæreditarium, prout verum est; conclusioni opponitur communis opinio, de qua sup. n. 62. quæ habet, d. c. 1. procedere in feudo hæreditario, atque ita distinguendum est inter filium, & agnatum iuxta illud; quod tamen non arridet. An autem ad obtinendum feudum hæreditarium, necessarium sit, quod succedatur ultimo possessori; vel sufficiat, hæredem existere primo feudatario? ostendimus, n. 60. & 61.

Vers. Quartò, præmissis diligenter.

72 Licet feudum hæreditarium non censeatur, eo quod aliquando repudiante repellat, & aditionem postuleat, ut D. Covar. docet præfeti: tamen illud hæreditarium erit, in quod nullus succedere valet, qui hæres non existat. Videas Valasc. q. 43. n. 1. & quæst. 44. n. 5. Cald. ubi proximè, n. 31. Molin. disp. 472. n. ... Vazq. sup. Clar. d. q. 9. n. 3. & tradita sup. num. 59.

73 Pro cuius conclusionis enucleatione observandum est ex hucusque traditis, quod D. Covar. loquitur juxta dispositionem c. 1. an agnat. vel fil. ubi secundum suam opinionem agitur de feudo ex pacto & providentia, & non requiritur præcisè, ut filius sit hæres, sed quod cum possit paternam hæreditatem capere, eam non omittat, ut diximus sup. n. 70. quare rectè ait non esse feudum hæreditarium, ad quod repudians hæreditatem pervenire prohibetur, nisi aliunde sit tale.

Vers. Quintò deducitur.

74 Feudum simpliciter acceptum absque heredum, aut liborum mentione, hæreditarium non esse, sed ex pacto & providentia, firmant Clar. sup. num. 6. Vazq. ubi proximè, Trentacinq. d. ref. 1. n. 4. vers. Si vero vellimus, Molin. disp. 473. n. 2. de quo sup. n. 56. licet contra sentiant non pauci, ut dictum est sup. n. 68.

Emphyteusis itidem Ecclesiastica sic data, hæreditaria non est, imò repudiata patris hæreditate, defertur; secus secularis, ut probavimus sup. c. proxim. n. 2. Unde nota inter hac esse discrimen: Feudum defertur liberis ultimi possessoris etiam non hæredibus, modò patris hæreditatem non repudiens: Emphyteusis Ecclesiastica ad descendentes repudiates hæreditatem paternam transit: Secularis omnino requirit, quod successor sit hæres.

76 Idem juris erit quoad feudum, & emphyteusim Ecclesiastica concessam pro Cais, & suis; non est enim hæreditaria, sed ex providentia, Valasc. disp. 44. num. 15. Molin.

disp. 473. n. 7. & alij apud Cald. q. 24. n. 40. à quibus immatrio deviat Pinell. sup. n. 90. Sed si emphyteusis detur à privato, adhuc erit ex pacto & providentia, quoniam intelligitur de descendantibus; Molin. ubi proxime.

Vers. Sextò, hinc infertur.

Supponendum est; quod feudum concessum pro hæredibus masculis, solum descendantibus convenit, qui hæredes sint, Molin. sup. n. 5. Surd. decif. 3. 2. num. 77. Cald. quæst. 24. num. 37. Thom. Marin. de gener. feudor. lib. 1. tit. 5. num. 12. Valasc. sup. num. 13. Affl. decif. 240. num. 9. Clar. num. 9. Menoch. conf. 46. num. 29. & conf. 49. 8. num. 5. Cyriac. plures referens, tom. 1. controver. 4. num. 77. atque ita hæreditarium mixtum esse, notant Molin. Valasc. Clar. Cyriac. ubi proximè. Unde licet Rubei argumentatio congrua non sit, conclusio tamen vera est, quam approbat D. Covar. sup. n. 3. vers. Idem omnino. ad fin. & ita est tenendum; quamvis feudum istud, ex pacto & providentia simpliciter, existit Pinell. d. part. 3. n. 88. Nicol. Bellon. conf. 33. n. 2. ubi communem dicit, Paris. conf. 65. n. 7. lib. 3. qui alios refert, Cevall. commun. tom. 2. q. 787. n. 28.

Vers. Septimò, constat.

Ad hæc videoas tradita sup. n. 3. 42. ubi diximus, emphyteusim simpliciter concessam, si sit Ecclesiæ, ad liberos etiam non hæredes pertinere; item secularem non hæreditariam, ut pro liberis datum, eis deferri, licet hæreditatem paternam non adeant: & n. 63. affl. etiam filium removeri à feudo ex pacto & providentia, si hæreditatum patris repudiet. Ex quibus locis, differentia, de qua hic D. Covar. aperte colligit, & in specie eam notant Pinell. d. part. 3. n. 85. Cald. q. 22. n. 22. Vazq. d. dub. 18. vers. Sed videndum, Molin. disp. 472. n. 7. Valasc. n. 4. cum seqq. qui quoad secularem emphyteusim, adversum D. Covar. sentire videtur.

Ibi: Quando autem dicatur emphyteusis hæreditaria.

Vide sup. num. 54. & 59.

Vers. Octavo infertur.

Succedens in feudum, aut emphyteusim non hæreditariam, simulque adiens patris feudatarij hæreditatem, sive ei se immiscens cum inventarij beneficio, non magis tenuit ex feudo, vel emphyteusis, creditoribus hæreditariis satisfacere, quam ex suis propriis bonis, atque ita solum intra vires hæreditatis extra feudum poterit conveniri, juxta l. fin. C. de jw. deliberand. Molin. disp. 477. n. 5. Vazq. d. dub. 18. n. 64. Gamma Lusitan. decif. 5. Trentacinq. sup. 4. vers. Si vero tenere, Cald. q. 24. n. 80. Camerar. in repetit. d. c. 1. q. 8. n. 77. an agnat. vel fil. Mynsinger. decif. Camer. Imperial. cent. 3. q. 67. Clar. d. §. Feudum, quæst. 43. n. 2. Valasc. quæst. 43. num. 5. Sed si inventarium non fecerit ex feudo, vel emphyteusis, solvere compelletur defuncti creditoribus hæres, quemadmodum ex bonis propriis, prout constitutum est in d. fin. 5. Cum igitur. Ita Trentacinq. n. 5. ubi alij. At si hæreditaria sint, inventarium non prodest, ne hæres debita ultimi possessoris, cuius hæreditatem adivit, solvat; Tondut. d. c. 86. n. 12. Mant. de tacit. & ambig. convention. lib. 2. 3. tit. 9. n. 16. Franch. decif. 70. 4.

Sed principali conclusio limitatur, si ès alienum factum 80 fit ratione ipsius feudi, quia id omnino hæres debebit solvere, Trentacinq. n. 9.

Limitatur etiam, si pecunia defuncti emphyteusis, aut 81 feudum comparatum fuerit, aut si in eo melioramenta fecerit ille, nam usque ad valorem, vel premium hæres in illud succedens tenebitur, quamvis conficiat inventarium, Molin. sup. Gamma n. 4.

Dubitatur autem an locus sit supra tradite conclusioni, 82 si feudum sit hæreditarium mixtè, veluti si pro filiis, seu liberis hæredibus accipiat? Dubitationem moverit, quod quatenus hæreditarium est, tenetur hæres creditoribus, et si fecerit inventarium, Molin. disp. 477. num. 5. Trentacinq. num. 4. vers. Si vero tenere, & alij laudati sup. num. 79. & quatenus

quatenus est ex pacto & providentia, non cogitur ès alienum à defuncto contractum solvere, ut ibidem dictum est. Respondet Molin. d. n. 5. quod confeccio inventarii non prodest hæredi, quoniam ex feudo mixto debitis antecessoris sit astritus. Movetur, quoniam illud ut hæres capit, & quæ jure hæreditario capiuntur, non servant illesa per inventarium, sed ea tantum, quæ aliunde proveniunt: quod senserat Cald. sup. d. n. 80. ubi nonnullos refert. Sed melius, ni fallor, adversum eos opinantur Clar. d. q. 43. in fin. Trentacinq. d. vers. Si vero, in fine, qui refolvunt hæredem non magis in mixta, quam in emphyteusis ex pacto & providentia simpliciter astringi. Ratio est, quoniam cum duplice jure defteratur illa, sanguinis videbet, & hæreditario, causa naturalis debet prevalere accidentaliter; l. qui habet 3. ff. de tutel. & dixi cum alii sup. lib. 1. c. 3. n. 16. atque ita judicandum est, magis obvenire jure sanguinis, quam hæreditario, ut confeccio inventario, illibata servetur. Unde satis Molin. fundamento, negando, quod emphyteusis mixta, vel feudum capiatur jure hæreditario absolute, nam etiæ requiratur, quod descendens hæres existat; tamen p. r. principaliter tanquam conjunctus percipit; & quæ neminem jure hæreditario solo, sed etiam alio potentiore obveniunt hæredi, per confectionem inventarii reservantur ab oneribus hæreditariis; cui m. r. convenienter verba haec, quæ ex Paulo refert Papian. in l. si filius 42. vers. Paulus nat. ff. de bon. libertor. Ei, qui alio jure venit, quam eo, quod amiserit, non nocet id, quod perdidit, sed prodest id, quod habet. Licet enim filius audeat hæreditatem nequeat le à creditoribus tueri, ne ex feudo solvere teneatur (quia jus hoc per adiunctionem amiserit tanquam hæres,) tamen bene se tueri valebit ut cognatus; & sic non nocebit illi jus, quod perdidit ut hæres; sed prodest id, quod habet ut descendens.

Vers. Nonò, ab eadem radice procedit.

Feudum, & emphyteusis hæreditaria pro hæreditariis portionibus inter hæredes dividit, Molin. disp. 477. n. 1. Bald. in authent. si quas ruinas, C. de Sacrosanct. Eccles. & in l. liberti. 10. col. 6. C. de oper. libertor. Valasc. q. 43. n. 5. Cald. quæst. 2. 4. n. 13. Greg. Lop. in l. 18. gls. 5. col. 2. vers. Sed quid si filii, tit. 8. part. 5. An representatione in feudo, vel emphyteusis, si locutus docet D. Covar. practic. cap. 38. n. 13. Salced. de represent. lib. 3. cap. 17. 18. Sed si fuerint non hæreditaria, ex pacto & providentia, vel mixta, pro virili inter successores distribuantur, Valasc. Molin. Cald. ubi proximè, Socin. Jun. conf. 72. n. 3. lib. 6. Peregrin. de fidei commiss. art. 36. n. 108. Merlin. de Legitim. lib. 1. tit. 2. quæst. 19. n. 9. Gregor. Lop. ubi proximè, etiæ quoad mixta, aliud sentire videatur.

Vers. Decimò, ex hujus questionis resolutione.

Emphyteusis, & feudum alicui pro se, ac hæredibus, & successoribus concessa, hæreditaria sunt, quoniam illi duntur hæredes admittantur, qui juxta naturam feudi, vel emphyteusis possunt succedere. Unde si fuerit feudum, aut emphyteusis Ecclesiastica, liberi tantum hæredes admittuntur, arque ita sunt hæreditaria mixtæ, Molin. disp. 472. num. 5. 6. & disp. 473. num. 8. Cald. quæst. 2. 3. n. 23. 24. Quod si secularis fuerit emphyteusis cum omnibus hæredes saltē universales comprehensi in investitura censeantur, erit simpliciter hæreditaria, Cald. n. 2. 3. Molin. disp. 472. n. 4. & disp. 473. n. 8. Nota veò quod dubitar, utrum emphyteusis Ecclesiastica sub præmissa forma concessa, transeat ad hæredes extraneos propter geminationem verborum: de quo Cald. quæst. 2. 3. à num. 52. & affirmativam sententiam probat num. 53. si post verba illa adjiciatur, In perpetuum. Sed à prædictis recedendum non est, quibus communne interpretum placitum sufficiat.

Ad Num. 5.

Institutus in certa re, si sit ex numero comprehensorum in investitura, capi feudum, & emphyteusim non hæreditaria, Molin. disp. 477. num. 3. Clar. d. §. Emphyteusis, quæst. 3. 8. Vazq. d. lib. 8. num. 64. Valasc. quæst. 4. n. 9. vers. Verum ut ad jus. Etsi concurrat cum hærede universalis, etiam vocato, pro virili portione succedit, Clar. §. Feudum, question. 86.

Ibi: At si feudum hæreditarium sit.

Si feudum, & emphyteusis Ecclesiastica; vel secularis, fuerint hæreditaria, institutus in re certa, quamvis ex votis numero sit, à successione repellitur, modo alius hæres universalis existat: quod utique in hæreditatibus mixtæ dicendum est, Greg. Lop. Molin. ubi proximè, Clar. d. quæst. 3. 8. Vazq. sup. Cald. quæst. 24. num. 6. ubi plures; Valasc. sup. Roland. conf. 23. num. 46. 47. lib. 1. Peralt. in rubric. ff. de heredib. inst. num. 167. in fine, Vivian. in præx. iur. pat. lib. 4. cap. 2. num. 53. Quicquid in contrarium responderint aliqui, quos recenset Cald. n. 7.

Sed si filius in Legitima instituatur, poterit emphyteusim,

Si m. aut feudum hæreditarium capere, etiam dato coherede univerali; Merlin. dicit. tit. 1. quæst. 6. n. 9. Menchac. de success. creat. §. 16. n. 3. nam legitima quoad commoda successionis est portio hæreditatis, ut ex multis assert Merlin. d. tract. de legitim. lib. 1. s. i. q. ult. num. 9. cum seqq. Menoch. de adipiscend. remed. 4. n. 159. 162. ubi respondet ad opinionem communem, quæ docet, esse partem bonorum, id verum esse quoad actiones passivas, & hæreditatis incommoda, Argel. de aq. posse. q. 17. art. 7. n. 11. 15. cum seqq. Quæ resolutio verior, & æquissima est, licet contrarium probet Cald. sup. n. 9. sequens D. Covar. infra n. 9. ubi id de jure patronatus Ecclesiæ agens tenet: quorum sententia postea procedere, cum filius in re certa pro Legitima fuisse institutus.

Ibi: Modo alius, qui habere eam possit.

93 Docet his verbis D. Covar. quod si filius institutus foret in re certa in feudum, vel emphyteusim hæreditariam succederet, quando cohæres universali non posset illa capere, veluti si esset extraneus, & feudum ad liberos duntaxat hæredes pertineret; quod probat Valafc. ubi proxime. Sed resolutio hæc, scrupulo non caret; nam cum ad successiōnē feudi, vel emphyteusis hæreditaria desideretur regulariter, quod existat quis hæres universali, ut latè probat Cald. q. 24. à principi. institutus in re certa cum sit particularis successor. l. quæst. 13. C. de hæred. inst. & statim dicetur, in capax est, ut ad ea admittatur, quæ inhabilitas tolli nequit, eo quod non sit hæres universali, qui habilis sit, quoniam tunc res feudalis ad dominum directum devolvi debet, ut sit, quæries non extat, qui secundum naturam contractus, aut legem conventionis valeat succedere; non enim institutus in re certa excluditur, quia alius magis idoneus est, sed quoniam ipse non censetur vocatus, in quo qualitas deficit requisita. Ita sensisse suspicor DD. laudatos sup. n. 92. qui D. Covar. sequuntur quoad alia, limitationem istam omisere.

Ibi: Quia constat, institutum in re certa.

94 Cum ad succedendum in feudum hæreditarium, vel emphyteusim, necessariò desideretur, quod qui ult. admitti, se hæredem ultimi possessoris universalem ostendat, ut super afficeretur; institutus in re certa ideo excluditur, quoniam alias ex comprehensiōne sit ut filius; quia successor universali non est, sed legatario loco haberet; d. l. quæst. Molin. & Valafc. ubi proxime, & quod sic institutus pro legatario habendus est, assertor Argel. d. q. 17. art. 2. n. 12. Ant. Gom. variar. lib. 1. c. 2. n. 16. Cyriac. tom. 3. controversial. 489. n. 3. Franc. Marc. q. 833. in princip. part. 1. Menoch. de adipiscend. remed. 4. num. 132. 136. Mantic. de conjectur. ultim. volunt. lib. 9. titul. 14. n. 10. Gregor. Lop. in lib. 14. glos. 2. tit. 3. part. 6. ubi sentire videtur, quod filius in re certa institutus, ad feudum hæreditarium admittatur; cui suffragatur sententia eorum, qui affl. mant., filium in re certa institutum pro hærede haberet, ne testamentum corruat, ut tenet Rota apud Farinac. decif. 377. part. 1. Menoch. de presumptionib. lib. 4. præf. 20. n. 5. Roman. cons. 179. n. 10. Glos. verb. eidem, in cap. si pater, de testament. in 6. Sed nihilominus à communī sententia tradita sup. n. 91. recedere non oportet, quoniam filius in re certa institutus, hæres universali non est, nomenque duntaxat hæres quoad honorem ex institutione habet, quod sufficit, ne possit adversus patris testamentum venire, licet supplementum legitimæ petere non prohibeatur, Merlin. de Legit. lib. 5. tit. 2. q. 21. n. 1. cum seqq.

95 Est animadvertisendum, quod licet institutus in re certa, actu si singularis successor, habitu tamen est universali hæres, etiam dato hærede universali, Argel. sup. art. 4. num. 33. Unde si is, qui universali est institutus in tota, vel in quota hæreditatis, hæreditatem omittat, vel adire, aut transmittere non valeat, tunc in re certa institutus rei mentione detracit, ex judicio, & voluntate testatoris in omne jus ejus succedit, l. 14. tit. 3. part. 6. l. 1. §. Si ex fundo, ff. de hæred. instituend. Greg. Lop. in d. l. 14. glos. 2. in princip. Argel. sup. n. 17. Cald. dicit. q. 24. num. 10. Cyriac. tom. 2. controversial.

vers. 305. num. 1. cum seqq. Menoch. d. remed. 4. num. 116. 117. Mantic. sup. n. 9. Quod adeo verum est, ut procedat, quantum testator jubeat sic instituto in re certa, ne plus petat, aut habeat Bald. in l. quæst. 5. Si duo, ante fin. vers. Quæst. in qua habui consulere, Greg. Lop. sup. glos. 3. Cyriac. n. 4. l. Argel. d. q. 17. art. 6. ex num. 20. Ex quibus infertur, ut, quoties institutus in re certa efficit universalis hæres, feudum, vel emphyteusim hæreditariam capiat, Jas. in l. fin. n. 7. C. de edit. Div. Adrian. tollend. Deci ibi, n. 24. Molin. disput. 477. n. 3. Cald. sup. n. 11. Vivian. sup.

Idem juris erit, quando duo, vel plures instituantur ex re certa, nemine universali instituto, quia tunc omnes sunt hæredes universales æquales, iuxta d. l. 4. partita. l. quæst. 9. §. Si duo, cum l. seq. ff. de hæredib. instituend. Quæ omnia limitanda; si quis in re certa aliena instituatur, quia talis institutio non teneret, Merlin. sup. lib. 3. tit. 2. q. 23. n. 2. Menchac. de succession. progres. §. 30. n. 2.

Ad Num. 6.

Jus patronatus, quod in Ecclesia habetur, triplex agnos- 97 citur, hæreditarium, gentilitium livè familiare, & mixtum. Primum. in quocunque hæredes, etiam extraneos, transit; Secundum eis, qui de familia fundatori sunt, vel alia, cui illud reservatum est in acquisitione, etiam non hæreditibus defertur; Tertiū ad eos pertinet, qui gentilitii simili sunt, & hæredes, de quibus latè Lotter. de re beneficiaria, lib. 2. quæst. 11. n. 3. 19. 22. 41. 42. Vivian. in præx. jur. patronat. lib. 1. c. 3. à n. 27. & lib. 4. cap. 1. n. 71. vers. Rursus de novo. Ad dignoscendum autem a j. us patronatus hæreditarium sit, nec ne maximè est inspicendum, quid patroni in successione observaverint, Vivian. lib. 4. cap. 2. n. 13. Nam ex observantia hæreditarium, familiare offici potest, Vivian. cap. 9. a. num. 28. Præterea fundatori licet, murare qualitatē juris patronatus jam quæstū de consensu Episcopi in præjudicium vocatorum tacite, vel exp̄. Lotter. n. 4. Vivian. d. c. 2. a. n. 19. Rot. decif. 665. n. 2. ad fin. vers. Ideo argument. part. 1. in recent.

Ibi: Jus patronatus Ecclesiasticum ex sua natura.

Jus patronatus predictum sua natura hæreditarium est, 98 ita ut extraneos quoque hæredes cum universitate bonorum, nisi aliud sit expressum, transferatur; l. 8. tit. 15. part. 1. ubi Greg. Lop. glos. 3. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 24. n. 5. Pat. Vazq. in opuscul. tratt. de redditib. c. 2. §. 2. dub. 19. n. 65. Valafc. de jur. emphyteutic. q. 50. num. 10. Marescot. variar. lib. 2. cap. 5. num. 8. Aug. Barbos. de offic. & potest. Episcop. part. 3. allegat. 7. 1. num. 1. 3. Paul. Fulch. sing. 114. lit. I. Vivian. sup. d. c. 2. num. 1. Ricciān. præx. for. Ecclesiast. decif. 211. n. 273. Lotter. d. quæst. 1. 1. num. 19. Peregrin. de fideicommiss. art. 6. num. 37. Argel. de acquir. posse. quæst. 20. art. 4. n. 4. Menoch. conf. 504. num. 45. Pat. Suan. de Religion. tom. 1. lib. 4. de Simon. cap. 28. num. 15. Sanch. conf. moral. lib. 2. cap. 3. dub. 93. num. 1. Quod intellige de hæreditibus universaliibus, Vivian. & Menoch. ubi proxime, Lotter. n. 28. tam masculis, quam feminis, Spin. in spec. testament. glos. 4. n. 47. ubi num. 48. Quod si masculi a feminis discordent in presentatione, cæteris paribus, presentatus a masculis præponetur.

Hinc infertur, quod si dubitetur, an j. us patronatus hæreditarium sit vel gentilitium? hæreditarium præsumitur, Vivian. num. 4. Argel. sup. num. 6. Lotter. num. 20. cum seqq. Anchār. conf. 81. n. 4. Rota d. decif. 675. num. 1. & decif. 707. n. 8. part. 1. in recent. quoniam quilibet actus juxta propriam naturam censor celebratus, ut dixi sup. n. 2.

Imò si j. us patronatus acquisitum sit pro liberis, si que 100 familiare; omnibus de familia extintis, ad extraneos pervenit, nisi cum taxativa fuerit eis tantum reservatum; Anchār. num. 4. Lotter. a. n. 11. Seraphin. decif. 364. n. 2. Callador. decif. 1. n. 3. de jur. patronat. Vivian. num. 17. ubi magis verum, ac receptum dicit, Sanch. n. 13.

Ad Num. 7.

Jus patronatus, nisi fuerit simpliciter gentilitium, filias 101 non capi, nisi patris hæreditatem amplectatur; Vivian. n. 8. Lotter.

ad empotrem pervenire non posse, sentiunt Costa in cap. si pater, part. 2. verb. Trebellianica, num. 7. de testament. in 6. Nicol. Garcia de benefic. part. 4. cap. 9. ex num. 13. Vivian. in præx. juris patron. lib. 4. cap. 1. num. 9. Bonifac. de Vitalinis in Clement. plures, §. ult. num. 12. de jure patronat. Gratian. Falcon. reg. 341. num. 5. August. Barbos. de offic. & potest. Epi. cap. allegat. 7. 1. num. 8. Cened. ad Decretal. collectan. 5. num. 2. quibus accedit videtur Pat. Suan. de Religion. tom. 1. lib. 4. de Simon. cap. 28. n. 19. Quæ sententia communiter ab omnibus limitatur, quando in eadem hæreditate villa, vel castrum extat, cui j. us patronatus annexum est, quoniam tunc proculdubio accessionis vi, empotri queritur: Vivian. num. 10. 11. Garcia num. 16. Barbos. ubi proxime, Sanch. num. 10. Lambertin. de jure patronat. lib. 1. cap. 2. quæst. 5. art. 15. Sed absolute prior sententia verior est.

Vers. Hinc evidenter appetet.

102 Similiter præfatum j. us patronatus, quod gentilitium non fuerit, filio in re certa instituto non acquiritur, modò extet alter hæres universali, qui audeat, vel transmittat hæreditatem patris, secundum ea, quæ dicta sunt sup. n. 92. cum seqq. Sic tenet Lotter. num. 28. Beroi. in rub. num. 22. de j. us patronat. in Decretal. Vivian. numer. 9. 50. ubi sup. Menoch. conf. 401. num. 126. Sanch. sup. num. 6. Quod verum est, hec in majori parte bonorum filius institutus, Lotter. & Beroi. ubi proxime, nisi j. us patronatus annexum sit rei, in qua filius fuerit institutus, tunc enim accessoriæ in hæredem singularem transire, Menoch. conf. 401. num. 123. ubi alij, Sanch. sup. num. 7.

Ibi: Quibus & alia ratio accedit.

De hoc sup. num. 92.

Vers. T. rtio, si proximè dicta.

103 Ad hæc videas, quæ diximus sup. n. 42. cum seq. ubi de emphyteusi. In hac quæstione videtur tenendum cum Anchār. quod j. us patronatus filiis reservatum, nulla hæredem facta mentione, gentilitium est; ad quod acquirendum minimè desideratur, quod filius, vel descendens hæreditatem audeat, imò ea repudiata, admitti debet; Lotter. n. 44. cum seqq. Deci. conf. 149. num. 1. Rota decif. 251. num. 3. part. 2. in recent. Vivian. lib. 4. cap. 1. num. 38. Et quamvis simpliciter reservatum, foret hæreditarium, nec filij, nisi hæredes admitterentur, Vivian. num. 4. tamen ubi expressum filius reservatur, familiare judicatur; expressum enim facit cessare tacitum, l. ult. C. de pact. convent. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præf. 6. num. 41. Vivian. sup. cap. 9. num. 56. vers. Hic stante, Cevall. commun. tom. 1. quæst. 82. num. 116. & provisio homini provisionem legis, l. cum ex filio 39. §. Filio. ff. de vulgar. Cyriac. tom. 1. controversial. 129. num. 29. Cevall. sup. num. 4. Padilla in rubric. num. 25. C. de fideicommiss. Didac. Perez. in lib. 1. tit. 6. lib. 2. Ordinam. Fusar. de substitut. q. 634. num. 2. Gregor. Lop. in lib. 12. glos. 11. tit. 5. part. 6. Cevall. sup. num. 3. Ratio est, quia præsumitur, voluisse testatorēm j. us istud apud hæredem permanere, quem honoravit (cum & ipsum honorificum sit) solùm emolumento pecuniario in fideicommissarium translato, qui eti. universali erit hæres non censetur, quoniam locum ejus obtinet; & Sanch. Gregor. Lop. & alij. Quam sententiam ex dictis in calce numeri præcedentis limitabis, quod est absque controversia. Et aliter limita, ut infra. num. 114.

Ibi: Cum Romanus in d. l. si patroni.

Sed partem affirmativam à Communi recentes cum 108 Romanu tenuerit Molin de primogen. d. cap. 24. à num. 7. & ibi Addit. Lotter. sup. d. quæst. 11. num. 29. cum seqq. Guttier. de tutel. part. 3. cap. 2. num. 15. & communem dicit Cevall. sup. num. 1. consentit Molin. de just. tract. 1. disp. 188. in fine, ubi eti. hanc opinionem veriore agnoscat, à Communi in præxi non esse recedendum monet, donec alterius Molina opinio recepta sit, qui, & Lotterius eam latè defendunt, & ad lib. quia 42. §. Restituta, ff. ad Trebellian. respondet.

Hæc quidem quæstio potius facti, quam juris esse videatur, quia cum universitate bonorum j. us patronatus transferri, non est prohibitum, ut Molin. dicit. cap. 24. & Lotter. probant. Dubium vero circa voluntatem testatorēm veretur, an voluerit, honorēm patronatus ad hæredem, vel fideicommissarium pertinere: In quo, qualitas personarum, aliaeque conjectura sunt attendendæ quæ nisi aliud suadeant, communis sententia observanda est, ex d. l. quia proinde, §. Restituta & ratione tradita sup. num. 107. cui Sanch. alij nituntur.

Vers. His vero rationibus.

Præter rationes adductas per D. Covar. sup. num. 8. pro opinione Eleazar, quibus idem in præsenti satisfacit, alia non contempnenda consideratur; nam hæres vendendo hæreditatem, verè eam non distrahit, siquidem per additionem quam venditio supponit, talis esse definit, bonaque hæreditaria propria ipsius hæredis esse coepit, l. cum hæredes 23. ff. de acquirend. possess. Vivian. lib. 4. cap. 2. num. 10. atque ita universitas dicitur vendi quoad verba, non in re, quæ universitas in suas singularitates resolvitur, ita ut singulæ res per se distracte videantur. Vivian. num. 6. Ricc. in præx. fort. Ecclesiast. decif. 179. num. 146. Garcia,

Ibi: Ceterum Paulus Eleazarus.

106 At adversus principalem proximam conclusionem, j. us patronatus Ecclesiæ, vendita hæreditate, in qua illud sit,